

Cambridge University Press  
978-1-108-04269-7 - Monumenta Franciscana: Volume 2  
Edited by J.S. Brewer and Richard Howlett  
Excerpt  
[More information](#)

---

MONUMENTA FRANCISCANA.

VOL. II.

Q 7644. Wt. 7771.

A

Cambridge University Press

978-1-108-04269-7 - Monumenta Franciscana: Volume 2

Edited by J.S. Brewer and Richard Howlett

Excerpt

[More information](#)

---

Cambridge University Press

978-1-108-04269-7 - Monumenta Franciscana: Volume 2

Edited by J.S. Brewer and Richard Howlett

Excerpt

[More information](#)

---

(1.)

FRAGMENTUM LIBRI THOMÆ DE  
ECCLESTON “DE ADVENTU MINORUM  
IN ANGLIAM.”

Cambridge University Press

978-1-108-04269-7 - Monumenta Franciscana: Volume 2

Edited by J.S. Brewer and Richard Howlett

Excerpt

[More information](#)

---

## INDEX CAPITUM.

---

1. DE PRIMO ADVENTU FRATRUM MINORUM.
2. DE PRIMA DIVISIONE FRATRUM.
3. DE RECEPTIONE NOVITIORUM.
4. DE ADEPTIONE LOCORUM.
5. DE PRIMITIVA PURITATE FRATRUM.
6. DE PROMOTIONE PRÆDICATORUM.<sup>1</sup>
7. *De Divisione Provinciæ per Custodias.*
8. *De Capitulo Visitorum.*
9. *De Divisione in Administrationes.*
10. *De Mutatione Locorum et Ampliatione.*
11. *De Promotione Lectorum.*
12. *De Institutione Confessorum.*
13. *De Successione Ministrorum Generalium.*
14. *De Successione Ministrorum Provincialium.*
15. *De Spirituali Profectu quorundam Fratrum.*

---

<sup>1</sup> The Lamport Fragment contains (more or less completely) the chapters numbered 1 to 6, and the imperfect Cottonian MS. comprises the whole of chapters 8 to 15. The York MS., which presents the entire treatise, consolidates chapters 3 and 4 into one: hence the discrepancy referred to in the note on p. 31 of the "*Monumenta Franciscana*," Vol. I.

Cambridge University Press

978-1-108-04269-7 - Monumenta Franciscana: Volume 2

Edited by J.S. Brewer and Richard Howlett

Excerpt

[More information](#)

---

FRAGMENTUM LIBRI THOMÆ DE ECCLESTON  
 “DE ADVENTU MINORUM IN ANGLIAM.”<sup>1</sup>

[COLLATIO I.]

[*De Primo Adventu Fratrum Minorum.*]

[Vol. I., p. 8. Id ipsum apud Slopisbyriam, in primo adventu fratrum Slopisbyriam, Frater Martinus senex, qui et cepit locum, se fecisse gratulatus est. In diebus illis tam districte] cavebant<sup>2</sup> fratres contractionem debitorum, quod vix pro extremis necessitatibus debitum contrahere permittebant. Unde accidit ut Frater Agnellus,<sup>3</sup> cum Fratre Salomone, gardiano,<sup>4</sup> vellet audire comptum fratrum Londoniæ, quantum scilicet expendissent infra unum terminum anni, cumque audisset quod tam sumptuose processisset, licet satis parca fratrum exhibitio, projecit omnes tallias et rotulos, et percutiens semetipsum<sup>5</sup> in faciem, exclamavit, “Ay me captivum!”<sup>6</sup> et nunquam postea voluit audire comptum.

<sup>1</sup> On comparing this fragment of Thomas Eccleston’s treatise (now printed by permission of Sir Charles Isham, Bart., of Lamport Hall) with the corresponding portion of the complete text published by Professor Brewer in Vol. I., the various readings will be found to be very numerous. Many, however, being trivial, it has been thought sufficient for the purposes of the

present edition to indicate the more important differences. The York MS. is throughout quoted from Professor Brewer’s edition.

<sup>2</sup> See Vol. I. p. 8, line 15 for commencement of corresponding passage.

<sup>3</sup> *Annellus*, Ebor., throughout.

<sup>4</sup> *gardiano Londoniæ*, Ebor.

<sup>5</sup> *seipsum*, Ebor.

<sup>6</sup> *captum*, Ebor.

A.D. 1224. Contigit quoque ut supervenirent duo fratres ad quendam locum fratrum valde vexati; et cum non esset cerevisia in domo, consilio seniorum accepto, gardianus fecit accipi mutuo unam lagenam cerevisiæ; ita tamen quod fratres conventuales, qui cum hospitibus erant, inde non biberent, sed simularent se bibere, propter caritatem.

*Incidens.* — Usque ad tempus firmationis<sup>1</sup> formationis ordinis consueverunt fratres facere collationem omni die, et bibere qui vellent in communi, et omni die<sup>2</sup> tenere capitulum, nec fuerunt arctati in recipiendis diversis ferculis vel vino, nec tamen admittebant oblatas pitancias nisi per 3 dies in hebdomada. In ipso conventu Londoniæ, tempore piæ memoriæ Fratris W. ministri, et Fratris Hugonis<sup>3</sup> gardiani, vidi [fratres] bibere<sup>4</sup> cerevisiam tam acidam, ut mallent aliqui aquam bibere,<sup>5</sup> et comedere panem, quem tortam vocant vulgariter.<sup>6</sup> Insuper, et deficiente pane, in præsentia dicti ministri et hospitem in hospitio diutius comedi alia.<sup>7</sup>

---

COLLATIO 2<sup>a</sup>.

*De Prima Divisione Fratrum.*

A.D. 1225. Quatuor igitur fratres superius nominati,<sup>8</sup> cum venissent Londoniam, diverterunt ad Fratres Prædicatores, et ab eis benigne suscepti sunt. Apud eos etiam manserunt diebus xv., comedentes et bibentes

Entertainment by the Dominicans of London.

<sup>1</sup> *firmationis*? Ebor. omits the word.

<sup>2</sup> For *omni die*, Ebor. reads *ordine*.

<sup>3</sup> *Fratris H.*, Ebor.

<sup>4</sup> *vidi fratres bibere*, Ebor.

<sup>5</sup> *bibere*, om. Ebor.

<sup>6</sup> *vulgus vocat*, Ebor.

<sup>7</sup> *alicam*? but *alia* in both MSS.

<sup>8</sup> *quos supra nominavi*, Ebor.



quæ apponebantur<sup>1</sup> eis, sicut familiarissimi. Postea A.D. 1225, conduxerunt sibi domum in Cornhulle, et construxerunt<sup>2</sup> sibi cellas in ea, consuentes<sup>3</sup> herbas in cellarum interstitia. Perduraverunt quoque in ipsa simplicitate usque ad ætatem sequentem sine cantaria, quia necdum privilegium [habebant] erigendi altaria et celebrandi in locis suis divina. Et statim ante festum Omnium Sanctorum, et etiam antequam Frater Agnellus venisset Londoniam, profecti sunt Frater Ricardus de Ingwrd et Frater Ricardus Devoniensis Oxoniam, et ibi similiter a Fratribus Prædicatoribus familiarissime suscepti sunt; comederuntque in refectorio eorum, et jacuerunt in dormitorio, sicut conventuales, per dies octo. Postea conduxerunt sibi domum in parochia Sanctæ Abbæ,<sup>4</sup> et ibi manserunt sine cantaria usque ad ætatem sequentem. Ibi seminavit dulcis Jesu granum sinapis, quod postea factum est majus omnibus oleribus. Inde profecti sunt Frater R. de Ingwrd et Frater R. Devoniensis Norhamtonam, et recepti sunt in hospitali. Postea conduxerunt sibi domum in parochia Sancti Egidii, ubi fuit gardianus primo Frater Petrus Hispanus, qui loriam ferream portavit ad carnem, et alia plurima perfectionis exempla monstravit. Primus gardianus Oxoniæ fuit Frater Willelmus Essebi,<sup>5</sup> adhuc novitius; commodatus tamen<sup>6</sup> fuit ei habitus professionis. Primus gardianus Cantibrigiæ<sup>7</sup> fuit Frater Thomas de Hispania. Primus gardianus Lincolnæ fuit Frater Henricus Misericorde laicus.

*Incidentes.*—Dominus Johannes Travers primo recepit fratres apud Cornhulle, et locavit eis domum, et factus est<sup>8</sup> gardianus laicus quidam Lombardus, Henricus nomine,<sup>9</sup> qui tunc primo de nocte didicit literas

<sup>1</sup> *apponebant*, Ebor.

<sup>2</sup> *constituerunt*, Ebor.

<sup>3</sup> *construentes*, Ebor.

<sup>4</sup> *Ebbæ*, as Ebor. more correctly has it.

<sup>5</sup> *W. de Esseby*, Ebor.

<sup>6</sup> *tunc*, Ebor.

<sup>7</sup> *Sic*.

<sup>8</sup> *est*, om. Ebor.

<sup>9</sup> *Henricus nomine*, om. Ebor.

Settle in  
Oxford.

The ward-  
ens at  
Oxford,  
Cam-  
bridge, and  
Lincoln.

The ward-  
ens at  
London.

A.D. 1225. in ecclesia Sancti Petri de Cornhulle, et postea factus est vicarius Angliæ, dum Frater Agnellus proficisceretur<sup>1</sup> ad capitulum generale. In vicaria tamen habuit socium Fratrem Ricardum de Ingewrd; ad ultimum tamen tantam felicitatem non ferens, sed effeminatus potius honoribus, et a seipso alienatus, ab ordine miserabiliter apostatavit.

*Incidens.*—Dignum memoria quod quinto<sup>2</sup> anno administrationis Fratris Petri, quinti ministri in Anglia, anno scilicet ab adventu fratrum in Anglia xxxii., numerati sunt viventes fratres in Anglia, in xlix. locis, mille ducenti xlii.

---

COLLATIO 3<sup>a</sup>.

*De Receptione Novitiorum.*

The  
novices.

Fr. Salo-  
mon.

Igitur cum se divisissent fratres qui primo venerant in Angliam, et ad diversa loca profecti fuissent, venerunt quidam, quos Spiritus Jesu in hoc ipsum adduxit, petentes ordinem. Quorum primus qui reciperetur fuit bonæ indolis adolescens, et elegantia corporis admodum clarus, Frater Salomon; qui mihi referre solebat,<sup>3</sup> quod cum adhuc novitius esset, factus est procurator, venitque ad domum sororis suæ ut eleemosynam peteret. Ipsa vero portans ei panem avertit vultum dicens, “Maledicta sit hora, qua te unquam vidi;” et ipse quidem cum gaudio recepit panem et recessit. Tam stricte vero tenuit præfixam sibi formam purissimæ<sup>4</sup> paupertatis, ut [cum] nonnunquam<sup>5</sup> in caparone suo portaret farinam et sal, seu ficus pauculas, propter fratrem quendam infirmum, et ligna ad ignem sub acella<sup>6</sup>

<sup>1</sup> *proficisseretur*, MS.

<sup>2</sup> *secundo*, Ebor.

<sup>3</sup> *solitus erat*, Ebor.

<sup>4</sup> *parcissimæ*, Ebor.

<sup>5</sup> *ut cum nonnunquam*, Ebor.

<sup>6</sup> *avilla*, Ebor.